

- michi iudicium meum de his rebus non impune modo, verum etiam cum gratia apud eum dicere. postea vero quam nata est ex verbis, ut opinor, malivolorum hominum diffidentia ^(a), et suspicio sensim succrevit, egoque, spe pacis desperata, frequentare palatium desii, non
- 5 videbam quid me hic amplius tenere debuisset, cum nec ad publicam causam fructum afferre nec in privata ipse michi opem ferre possem. itaque in deliberatione eram petendi proxime commeatum ut abire michi liceret, cum interea a suis orta est michi hec iniuria, in se quidem non admodum gravis aut animo meo multum mo-
- 10 lesta, sed tamen que notoria sit et contumeliam sapiat. ea igitur deliberationem meam non tam sustulit quam remorata est, ne pluris ignominiam meam quam ruinam, publicam facere viderer ^(b). nam etsi, quod nondum ^(c) feceram, abiturum me certo constituissem, quia tamen sententia mea ceteris esset incerta, subsistere ^(d) interea
- 15 debui, dum recens esset facti memoria, cum causa quidem quamobrem ad id tempus mansissem esset incognita; ob quam vero diu ante discedere debuissem, non solum nota sed et plane probata esset; itaque credi facile posset me, non iudicio animi adductum, sed iniuria eiectum ^(e) abire. indignum autem existimo et michi
- 20 inhonestum, ut, qui beneficio hic non teneor, cuiusquam iniuria pulsus videar. tu vero vide ne isti hoc esse animi mei iudicium intelligant. primum est enim, si senserint, ne in perpetuum abire michi liceat. quod quidem non aliunde intelligo eos forsitan optare debere, nisi quia turpe sit eis et magnum contra se testimonium
- 25 a quibusque sic deseri. ac vereor equidem ne iam plus etiam quam satis est scitu sciant; ita iniurias in me frequentant. quanquam adversus hec unum est michi remedium prorsus efficax, ut iniurias ipsas in beneficium accipere atque habere me ^(f) similem. tunc enim, ne quid ab eis beneficium feram, ab iniuriis etiam absti-
- 30 nebunt. vale.

ma dipoi, insorti sospetti sul suo contegno, se ne stava in disparte,

e non vedendo speranza alcuna nè per la causa della Chiesa nè per sè nel suo ulteriore soggiorno, s'era già deciso di chiedere un congedo, quando ebbe a sopportare questa offesa da parte de' partigiani del papa; quindi attendeva, senza però mutar consiglio.

Nè poté egli agir diversamente, atteso che il suo proposito era ancora ignoto, come ignoto fu il motivo perchè, ad onta di tutto, egli era sinora rimasto, laddove, se ne fosse andato in sull'istante, lo si sarebbe detto cacciato dall'ingiuria, e non già partito volontariamente.

Teme anzi che i Gregoriani non se ne accorgano, e forse per impedire ch'egli, come ognun altro, non li abbandoni,

continuino di giorno in giorno ad ingiuriarlo.

A lui però resta un rimedio certissimo: fingerà che le ingiurie siano benefici, e quindi essi se ne asterranno.

(a) *B* differentia (b) *BP* videret (c) *BP* nam etsi quid nundum (d) *B* subtere
(e) *BP* lectum (f) *P* om. me